MONUMENTA
GERMANIAE.

Codex Oldenburg. archivi. II, 6, a.
(Registrum episcopi Lubicensis)

Leo VII. natione romanus ex patre protoſcriniario ſedit annum 1. menſes IIII.

Benedictus V. natione romanus ex patre iohanne ſedit menſes II. dies II. Qui domno leoni papae vivo ſubſtitutus ſed a romanis ut praeſcriptum eſt ottoni magno imperatori traditus ultra alpes in ſaxonia longo in bremenſi archiepiſcopatu vitam finivit exilio. cuius oſſa iuſſu (tertii) ottonis romam reportata venerabiliter ſepulta ſunt.

Johannes XIII. epiſcopus narnienſis natione romanus ex patre iohanne epiſcopo ſedit annos VI. menſes X. dies V. Hunc eundem mortuo leone omnes romani a minimo usque ad maximum una concordia et uno conſenſu atque ſpontanea voluntate elegerunt ſibi dominum reverentiſſimum et pium bene doctum et honorifice eruditum de divinis et canonicis libris. Nam a cunabulis in clericali ordine doctus in lateranenſi palatio oſtiarius pſalmiſta lector exorciſta acolitus. ſubdiaconus. diaconus in eadem eccleſia romana per diſtinctos eſt ordinatus. et ita deo volente legitime et canonice pontifex ordinatus eſt. Sed poſtquam ſedit menſes II. dies XVI. comprehenſus eſt a rod comite et petro praefecto cum populo romano et miſſus in exilium in campaniam manſit in ipſo exilio menſes X. et dies XXVIII. Poſt mortem vero rodfredi reverſus eſt romam et veniens imperator otto romam magnam vindictam de populo romano fecit. et in patibulo ſuſpendit et in exilium miſit. Qui omnes dies vitae ſuae ſedit annos VI. menſes XI et dies V.

Johannes VI. natione romanus ex patre hildibrando. ſedit annum I. menſes VI. et cum conſilio malifacii ſtrangulatus eſt in caſtello ſancti angeli.

Bonifacius VII natione romanus qui et malifacius.

Hyrene poſt filium.

Abhinc Imperium transfertur ad Francos.

Lotharius poſt patrem.

Item Lotharius cum Ludewico filio.

Heinricus.

Euticus.

Liutoldus.

Iſte canonizari fecit vitam beati Vdalrici Rompe a Johanne papa.

Gebehardus.

Sigefridus.

Epiſcopi Auguſtenſes	Abbates
Pruno. Cuius tempore clerici beatae Afrae ſive religionis abiectione	Reginbaldus primus huius loci abbas opere

Johannes.
110us Martinus.
Adrianus.
Stephanus.
Formosus.
Bonifacius.
Stephanus. Iste a Formoso papa quandoque in episcopum ordinatus et postmodum papa effectus, ipsum defunctum in tantum persequitur, quod in concilio corpus Formosi positum induit veste laicali et duos digitos dextre precidit et manus in Tyberim proiecit.